

XX.
Mandatum
ad omnes Pastores, & cæteros Curatos circa
tollendos nonnullos abusus in Administracione
Sacramentorum
de 1749.

CLEMENS AUGUSTUS, &c. &c. Venerabilis ac Docte,
 Devote, Nobis Dilecta! Cura, que Nobis ab Episcopali munere
 Nostro incumbit, non finit diutius dissimulare Devotioni tuae, in-
 congruitates ac pene manifestos abusus quosdam, quos circumstan-
 tias suscipiendorum aliquot Ecclesiarum Sacramentorum, aut alias Sa-
 cramentalium, a nonnullis adferri, per Nostras Dioeceses partim
 fide digna relatione accepimus, & partim Nos Ipsi haud dignanter
 confeximus.

Sana ipsa ratio, quod Sancta nonnisi sanctè tractanda sint, suf-
 ficit ad persuadendum generaliter, quod locus, in quo oporteat
 ipsa universum Sacraenta, quippe certa divina gratia ad Nos ve-
 hicula, suscipere, alias non congruat, quam ille, in quo orat Sa-
 cerdos, definita nempe communibus Fidelium orationibus Ecclesia,
 unde ad id sablequenter, quod CLEMENS Pp. V. approbante Sacre

Vien-

XX. Mandatum ad omnes Pastores, & cæteros &c. 93

Viennensi Oecumenico Concilio, sub annum Christi 1311, quoad
 primum Sacramentorum Baptismum statuerat, Ne quis de cæte-
 ro in aulis vel cameris aut aliis privatis domibus, sed duntaxat in
 Ecclesiis, in quibus ad hoc fontes specialiter sunt deputati, aliquos
 (nisi Regum vel Principum, quibus valeat in hac casu deferri, li-
 beri exsisterint, aut talis necessitas emerserit, propter quam ne-
 queat ad Ecclesiam absque periculo, propter hoc accessus haberi)
 audeat baptizare; & Romana Mater omnium Ecclesiarum, prout
 videre est in ejus Rituali, Authoritate PAULI Pp. V. edito, usu
 habet, nemiam in privatis locis baptizari debere, nisi serè sint
 Regum, aut magnorum Principum Filii, id ipsis depositentibus,
 & dummodo id fiat in eorum Sacellis, seu Oratoriis; & Sancta
 Nostra Colonensis Ecclesia normam servat in Statutis Synodalibus,
 à recolenda memoria Prædecessore Nostro MAXIMILIANO HENRI-
 CO, Archi-Episcopo editis, prescriptam Part. 2. tit. 2. Cap. 9. §. 1.
 Quod, sibi poena suspensionis ab officio pastorali, aliasque arbitra-
 ria, nemo Pastorum aliorumve Sacerdotiorum quantumvis exempta-
 rum, Baptismi Sacramentum . . . in privatis domibus, aut alio in
 loco quam in Ecclesia Fontem Baptismalem habente, extra gravem
 necessitatem conferre audeat; prout & alter pars memoria Præde-
 cessor Noster, JOSEPHUS CLEMENS, Archi-Episcopus, in pastora-
 li libro, Agenda vocant, id Parochis ac animarum Curatoribus
 denuo inculcavit, Instructionis de Sacramento Baptismi, n. 39.

ibidem

ibi

ibi - illud Pastores sciant, extra necessitatis casum semper in Templo, non autem in privatis ædibus Baptismum conferri debere . At enim, ut abunde innuit Nobis, sunt per Dioceles Nostras hodie dum permitti indulgentiores Pastores, aliqui Baptismatis ordinarii Ministri, & arrogantiores liberorum Parentes, seposito Christi ipsis exemplo, qui Matth. Cap. 3. v. 14. venit à Galilæa in Jordanem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo, prætententes: à statu sui conditions, si modò haec modicè supra vulgus emineat, etiam sine ulla necessitate, liberis suis hoc primum omnium Sacramentorum, in domo sua administrari, prout & illis administratur passim, extra locum sacrum, ac in dictis ædibus privatis. Quia de causa Devotioni Tua præcipimus Vice Nostræ omnes ac singulos Parochos, aliasque Baptismi ordinarios Ministros, sub preciis Tibi visis congruis, quando pro Coloniensibus supra memorata Diocesana Statuta, D. Archi-Episcopi MAXIMILIANI HENRICI, uti & Ordinationem D. JOSEPHI CLEMENTIS, Prædecessorum nostrorum, eo ipso renovamus, Encyclico Monitorio jubeas, ne circa casum necessitatis gravis, cujuscunque conditionis personarum liberis, imposterum præsumant Baptismi Sacramentum extra locum sacrum conferre.

Quoad Pénitentia Sacramentum; Nixus supra citatâ generali ratione: de Sancto Sacramento condecente loco, in hoc etiam fortiori, quod Minister ejus sit propriè dictus Judex, qui vice Christi

judicat peccatorum reum & Rei sit venire ad Judicem, non vice versa, idem Prædecessor Noster D. Archi-Episcopus MAXIMILIANUS HENRICUS, in dictis suis Synodalibus Decretis, Part. 2. tit. 5. Cap. 6. §. 9. salubriter statuit, quod - nulli etiam seculari in privatis ædibus, vel alibi quam in sede ad hunc finem in Ecclesia ... ereta; ... licet Confessiones presertim mulierum, audire, nisi gravi necessitate aut infirmitate hoc exigente; ac subinde fecutus D. Archi-Episcopus JOSEPHUS CLEMENS, in prememorato libro pastorali, Agenda nuncupata, Instrucciónis de Sacramento Pénitentia, n. 21. voluit Sacerdotem - Nomini publicè in Ecclesia, non in privatis ædibus, nisi ex causa rationabili peccatoribus per Pénitentiam reconciliandis operam dare; Sed cum jam inaudiamus, contingere sèpe, quod ad Confessiones approbati Sacerdotes, non nulli super nudo confessorum petro, non aliâ apparente causa rationabili, de divino suo ministerio nimis demissè sentientes, ad privatas ædes ipsorum pénitentium accedant, inhibe etiam mulierum Confessiones, secretò audire, & Pénitentia Sacramentum ipsis administrare consueverint: Nos pro Coloniensibus præcitatâ Diocesana Statuta, Serenissimi Prædecessoris Nostri MAXIMILIANI HENRICI, & Ordinationi Serenissimi JOSEPHI CLEMENTIS, catenus ac signanter quoad cauetas confessarii, positionis, sicubi confessiones fuerint in privatis ædibus, presertim mulierum audiende, vim novam dantes, Devotioni tuae præsentibus mandamus,

ut Encyclicè subordinatos tibi omnes ac singulos Confessarios, Authoritate Nostrâ strictem moneas, quatenus hoc Sacramentum non alibi, nisi in Ecclesia loco ad hoc deputato administrent, si nulla causa apparet rationabilis aliud suaderet.

Circa magnum in Ecclesia Dei Sacramentum Matrimonii ratio Sanctitatis loci, pro ipso non minus convincit, ex quo à Deo in Paradiso Typo Ecclesia præordinatum, a Christo Domino postmodum fuit ad numerum Legis nova Sacramentorum elevatum, ideoque idem bona memoria Prædecessor Noster, D. Archi-Episcopus MAXIMILIANUS HENRICUS, in sepe iactis Decretis suis Synodalibus part. 2. tit. XI. Cap. 4. §. 1., approbans laudabilem hujus Nostræ Dioecesis confuetudinem: « quod Matrimonia in Ecclesia Sacramentorum loco proprio . . . celebrentur, . . . præcipit ne quis absque speciali Sua Licensia eam transgredi audeat, aliqui graviter arbitrio suo puniendus »; & sequens D. Archi-Episcopus JOSEPHUS CLEMENS gloriofissime memorie pariter Prædecessor Noster, in pastorali libro, Agenda vocata, Instruktionis de Sacramento Matrimonii n. 5. ordinat, « Sponos non in privatis ædibus, sed publicè in Templo solemni rito conjugi & benedici debere. »

Quando verò in præsentiarum, ipsi Nes conspeximus, quod quandoque illud, sub proprii Sacerdotis, insigniorum contrahentium, haud fundatas preces, nimium respicientis nuptiali benedictione, sponos inter respectivè suscipiatur, ac administrent in adi-

bus

bus eorum privatis, ac fine omni necessitate; Nostrum præsens ad Devotionem tuam Mandatum est, quatenus omnibus ac singulis commissis tibi Dioecesis Parochis, nomine Nostro, sub à te determinandis penitentiæ prohibeas, ne quis eorum Matrimonium contracturis assisteret presumat impostorum in ædibus privatis extra casum necessitatis verificandas coram Nobis aut te Vices Nostræ gerente; sed omnes ac singuli hoc magnum Sacramentum suscipere volentes, illud suscipiant, vel in templo, vel de Nostra aut tua Vices Nostræ gerentis Licensia, ad minus in Sacello, ad publicum Dei cultum destinato.

Ratione ad hoc Sacramentum, præviarum proclamationum, equidem latere neminem potest, quanti intersit, ut ex serventur, ad Normam lepe alias in sacris Canonibus recenter in generali Tridentina Synodo, ac novissimè per sepe dicta Dioecesana Statuta Serenissimi D. Archi-Episcopi MAXIMILIANI HENRICI Prædecessoris Nostri Part. 2. tit. XI. Cap. 2. §. 3. præfixam, cum fint aptissimum medium ad resciendum, si fortè contracturi ad contrafendum aliquo laborent impedimento, siquidem verò nunc nimia benignitate aliquorum ex iis, qui Vice Nostra possunt desuper dispensare, & longè magis nimia dispensari voluntum precum importunitate eveniat, quod usque adeo frequenter quisque super dictis tribus Proclamationibus dispensemetur, ut vix non lex loco Dispensationis, Dispensatio loco legis haberi queat;

Dritter Theil.

N

No-

Nostræ ad Devotionem tuam expressa Voluntatis est, ut in fum-
rum, si quando in duabus ex dictis Proclamationibus causâ tibi-
rationebili visâ, interveniente dispensandum judicaveris, in tertâ
tamen sine summa necessitate nequam dispenses, cujuscunque
id petens ordinis aut dignitatis fuerit.

De consequenti ad celebratum Matrimonium solent puerpe-
ri: Conjuges, ad normam Ss. Canonum & Nostræ Colonensis
Dioceſane Synodi, de 1612. à Parochiali Presbytero solemniter
benedici, rameti autem pastoralis liber Serenissimi D. Archi-
Episcopi JOSEPHI CLEMENTIS, Agenda vocatus manifestè sup-
ponat, Sacramentale istiusmodi peragi de more in Ecclesia; No-
bis nihilominus innovuit, rium hunc à nonnullis catenùs altera-
ri velle, ut subinde Puerperarum Benedictionem, in Cursis Pa-
rochialibus, & non in Ecclesiis perficere presumant: Quia de re
Dévotioni tue committimus, per hæc scripta provisionem, qua-
tenus Sacerdotes Benedictionem Mulierum post partum non ali-
bi quam in Ecclesia facere audeant,

Denique ad habendam firmiorem obſervantiam Ecclesiastici
de Paſchali Communione præcepti, laudabilis hujus Nostræ Reſi-
dentiæ Civitatis confuetudo fecum fert, quod in Paſchatis prefixa
quindennâ, fidelibus ad suas officia est Parochorum; quatenus eos,
quos reperirent salutis suæ immemores, Ecclesia tali
Præcepto contraveniente, congruis adhortationibus, ad meliora con-

filii

ſilia reducant, enim verò, cum iſſusmodi ſcedularum recollectio-
nem ſegnius obiri ex eo licet argumentari, quod caſus haud
pridem fuerit auditus, quod quidam per plures annos ſubſecuri-
vos Paſchalem Communione non peregerit, qui deſuper à
proprio Sacerdote communius fuerit; opportunè Vice Nostrâ à
Devotione tua mandandum judicamus, quatenus ubi uſus diſtri-
butionis ſcedularum, qua sit in paſchate ſingulis communicanti-
bus, necdum introductus foret, à Parochis omnino introducatur,
ubi ſitus verò ille introductus eſt, quotiſquibusque Parochis,
ſcedularum talium ſucceſſiva recollectio, Pastorali Nostrâ Author-
itate inculcetur. Datum Bonne Die 18. Auguſti 1749.

(L.S.) CLEMENS AUGUSTUS

Archī-Epīcōpus & Elector.

C. J. Melchiorit.

Cum iam omnium Nostrum fit obligatio, praefens SERENISSIMI
Noſtri ORDINARIJ, Clementissimum diſtrictum Mandatum, eā quā par-
eff Reverentia & Obedientia in omnibus accurate affequi; Ea propter
Vice & Authoritate Alteſatæ SUÆ SERENITATIS ELECTORALIS vo-
bis omnibus id ipsum hiſce intinamus, & publicamus, cum monitione
feria, ut huic Clementiſimo Mandato & Voluntati vos omnes ſub poenit
inihi infertis conſanter conformare, & pro horum omnium memoriā
hanc paginam in Sacrificia affigere, ac affixam eſſe huc referre non omi-
nitatis. In quorum fidem hafce manu propriâ ſubscriptas, confucto Vicari-
atū Generali ſigillo communiri jussimus. Paderbornæ 18a Octobris
1749.

(L.S.) BERNARD. IGNATIUS WIEDENBRÜCK
Vicarius in Spiritualibus Generaliſ.

J. A. Dencker.